

1609

29

Nos, Deigraia, Joannes Sigismundus, Marchio Brandeb.
 Sacri Romani Imperij Archicamerarius et Elector, in
 Prussia, Silesia, Pomerania, &c. &c. Dux, &c.

Universis et singulis haece literas visuris, notum atq[ue] testa-
 tum esse volumus, quod ad Serenissimum Potentissimum Principem,
 Dn[um] Sigismundum III^m Regem Poloniae, Magnam
 Ducem Lithuaniae, &c. &c. &c. Dn[um] Consanguineum, Affi-
 nem et Vicinum nostrum observatum ut et Ill^{mos} Reuer^{mos}
 Ill^{mos} et Mag^{os} Dn[os] Senatores, Proceres ac Ordines
 Inlyti Regni Poloniae, in Comitibus Generalibus, Varsavia
 congregatos, Dn[os] Amicos et Vicinos nostros plurimum
 dilectos et honorandos, Praesentium Ex Ill^{rem}
 Magos et Generosos, Vasallos et Legatos nostros Primarios,
 fideles, Sincere nobis dilectos, Medigonem Leimarum Ganz,
 Liberum Baronem in Pultze et Wolfsbagen, &c. &c. &c.
 et Joachimum Huebner, Serⁿⁱ Regis Poloniae, &c. &c. Consi-
 liarium aulicum, &c. cum plenissimis mandatis ablega-
 verimus, ut, quae in negotio nostro Prussico, cum Ill^{mi}
 prouocam Dn[um] Patris nostri, Dn[um] Joachimi Frederici
 Marchionis et Electoris Brandenburgens: &c. &c. beate mem^{or}
 legati, pro Dil^{one} & p^{ro}, nobismetipsis et successoribus
 nostris, in omnem euentum Anno 1605, in Comitibus Varsa-
 uensibus, feliciter capta, tractata, et maiore ex parte
 acta sunt, secundum tenorem Responsi Regij, in ipsidem
 Comitibus redditi, penitus absoluant, et, quae restare adhuc
 uidebuntur, ad plenissimum exitum perdurant.
 Quam ad rem, praedictis legatis nostris, sufficientem,
 Plenipotentiam ac integram et absolutam facultatem

6/2 1609

lectimus, nomine et loco nostro, Kar: Ser: tem, nec non
Illm: et Magnos Dnos, Senatores et Ordines Incolytici Regni
Poloniae compellantj, Cum Ser: Erus, ac Illm: et Magnis
eorum Domibus agendj, concludendj, ad servanda
pacta se offerendj, atq: ea omnia, pro discretione, pru-
dentia et fide sua, qua nobis probantur, instituendj
perficiendj, quae temporis opportunitas, et negotij
Ipsius ratio, mores item et consuetudo, Incolyti Regni
exigent, et Nobismetipsis, si Coram Var:avia essemus,
praestanda et perficienda essent.

Quamvis itaq: tribuimus et largimur nominatis Legatis
nostris, utrisq: et alterutj eorum, si ita sese res illis
dederint, ad praedicta omnia peragenda, si sece literis
nostris, plenam, integram, absolutam, et minime limi-
tata[m] aut circumscriptam potentiam ac facultatem,
omni meliore forma, via et modo, sicut de Jure aut
consuetudine Incolyti Regni, Regiae Curiae, rite et legitime
fieri debet et potest, cum clausulis omnibus necessa-
rijs, salutaribus, et ad rem ipsam pertinentibus,
non minus, ac si expressis verbis illa omnes, huc Ple-
nipotentia[m] miserat[ur] essent. Cui etiam, si in
rerum tractatione lae, praeter opinionem, aliqua acci-
derint, qui speciale mandatum et auctoritatem
amplio[m] requirere videbuntur, tunc quoq: Ipsis
tribuimus, non minus, ac si expressa sic sigillatim
omnia essent, quanta et quoties omnino singulari
momentis indigebunt. Quae cumq: vero a Legatis
nostris, ad hanc rem pertinentia, uti praedictum est,

gesta, nostrorum nomine promissa, recepta et serata
fuerint, ea omnia rata et grata nos habituros, nec
umquam impugnaturus, sed, sine ullo praetextu aut
effugio praestituros et impleturos esse, fide optimam
quaeque Principem Vasallum decet, promittimus et
asseueramus: Omnibus, quae in contrarium adduci
possint, legum Juriumque Exceptionibus, et beneficiis
semitis renunciando. In fraude et dolo.

In quorum omnium et singulorum fidem ac certitudinem,
firmius et euidentius testimonium, praesentes manu nostra,
deliberato subscripsimus, et sigillo nostro secretiore
corroborauimus.

Dabantur Ortelsburgae, VI die Febr: stylo antiquo
Anno Domini MDCIX.

Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Copia
Plenipotentiaria